



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1786

VD18 90119355

§. 12. Multa a Clemente XII. Pontifice præclare gesta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67878)

Sæc. XVIII. ris II. de scientia media III. de firmo
 A. C. 1739. nia. IV. Ænigma Theologicum (seu
 potius ænigmatum & obscurissimarum
 quæstionum compendium, quo vix e-
 lius ex Scholasticis fundamentis sol-
 dius Socinianos confutavit errores
 V. Vita abscondita seu speciebus Ec-
 charisticis velata, per potissimas seu
 suum operationes de facto a Christo Do-
 mino ibidem indefinenter exercita circa
 objecta Altari & amoris vicina: Hanc
 tamen libellum Tubinganus Cancellarius
 Pfaff confutavit ediditque *stridura*
Theologicas in sententiam novam Cardia-
Ciensuegos de vita Christi actuali in Ec-
charistia. VI. Vitam S. Francisci Borgiæ

§. XII.

Varia a Clemente XII. Pontifice pro-
clare gesta.

Cum in pluribus Patrum cætibus con-
 troversia circa titulum Cardinali
 Borbonio conferendum composita fuisset,
 Clemens Pontifex tres Præfules
 natione Hispanos creavit Episcopos ti-
 tulares *in partibus*, ut hi tanquam suf-
 fraganei Ecclesiam Archiepiscopalem
 Toletanam regerent, donec Ludovicus
 Cardinalis Borbonius Hispaniæ Infans
 eidem Ecclesiæ administrandæ per æta-
 tem capax fieret. Præterea ex Pon-
 tificia

tificia Cancellaria Apostolicum Breve Sæc. XVIII.
A.C. 1739.
 expediri jussit, quo sublatum erat impedimentum, quod Serenissimos Sponsos Don Philippum Hispaniæ Infantem & supremum Architalassum, & Ludovicam Elisabetham primogenitam Franciæ Regis Filiam, tum nonnisi tredecim annos natam a futuro connubio sejunxerat. Obtenta hac venia Cardinalis Aquaviva Hispani Regis Administer solemnibus pompis, comitantibus eum quinque Præfulibus, ad Quirinale Palatium vectus, Regias hasce nuptias summo Pontifici publice denuntiabat, eodem humanitatis officio pariter Corfinium & Firaum veneratus: Mox Clemens per Apostolicas literas Carolo utriusque Siciliæ Regi indulget, ut a Clero suo copiosum, ac insolitum donum, verbotenus *gratuitum*, deponere posset, vicissim Rex ratas habuit conditiones a Papa propositas, sub quibus deinceps dissidia & difficultates circa Immunitatem Ecclesiasticam & prætentam nominationem ad Episcopatus & Abbatias exortæ, & diu, ac laboriose agitæ componerentur.

Inter hæc Clemens, quamvis ejus corpus senio curisque pene exhaustum esset, mente tamen acris, ac vividus, Imperii & Ecclesiæ rebus tam indefesso invigilavit studio, ut illi, quorum con-

Sæc. XVIII.

A. C. 1739

filiis pronas aures præbere consue-
 rat, ægre ab eo impetrare possent, et
 subinde necessariæ quieti indulgere-
 id enim serio suadentibus Medicis re-
 posuit, *Papam ad Apostolatam non vocari
 ut quiete vivat, sed ut officii sui curis im-
 moriatur*: Præcipue vero usque ad ex-
 tremum vitæ momentum intentus erat
 ut antiquam, quæ ejus verbo & exem-
 plo viguit, Religionis disciplinam con-
 servaret, & vitia, quæ subinde tam
 Clero quam populo irrepserant, corri-
 geret: solidam tamen virtutis Regu-
 lam, non autem rigidam severitate
 sectari studuit: nec externis ejusmodi
 rebus anxie insistendum existimavit,
 quas si quis exacte observat, nec san-
 ctior, & si negligit, nec pejor evadit.
 Unde quondam a quibusdam Cardina-
 libus austerioris disciplinæ studiosis ab-
 monitus, quod plerique illorum, qui
 Sacris initiati essent, secus quam ve-
 tuerat ejus Prædecessor, fictitiam com-
 mam gererent, eis respondit, *parum re-
 ferre, an Ecclesiastici suis vel alienis capiti-
 bus uterentur, non comas sed mores esse re-
 formandos, atque in id præprimis incum-
 bendum, ut Clerici sanctimonice & pietatis
 exemplo ceteris prælucere hominibus.*

Præterea Pontifex, ad Mariam The-
 resiam Magnam Etruriæ Ducissam per
 Passioneum Præsulem pro more auream
 trans-

transmisit Rosam, quam Dominica Sæc. XVIII.
 quarta Quadragesimæ solemniter sa- A. C. 1739.
 craverat; cum autem illi Administri,
 qui nomine Francisci Lotharingæ Du-
 cis hunc Ducatum administrabant,
 Scavolinum oppidum, adjectosque pa-
 gos mortuo Principe Scavolinio hujus-
 familiæ ultimo, possiderent, inter hos
 & Clementem Papam contentio est
 exorta. Hic enim has ditones supremo
 Sedis Apostolicæ dominio obnoxias &
 Marchioni de Cavaleriis utpote legitimo
 hæredi, ac Principis Sororis filio jure
 debitas esse contendebat: Isti autem
 caussabantur, inter Rempublicam Flo-
 rentinam, in cujus clientela hoc oppi-
 dum cum annexis erat, & inter de-
 functi Principis Majores antea conven-
 tum fuisse, ut illa succederet, quoties
 vetus atque illustris Scavolinorum fa-
 milia sine prole mascula decederet. Hæc
 disceptatio decem & ultra annos te-
 nuit, tandem vero sub Benedicto XIV.
 ut referemus, composita fuit. Sicut
 autem Pontifex omni liberali doctrina
 politissimus, omnisque antiquitatis longe
 peritissimus esset, ita singularis litera-
 rum atque eruditorum fautor, quic-
 quid ad promovendam scientiarum avidi-
 tatem aptum, atque expeditum cen-
 fuerat, nulla sumptuum laborumque
 habita ratione indefesse exequabatur:

Præ-

Sæc. XVIII. Præprimis igitur Vaticanam Bibliothecam, adjuncto novo ædificio amplavit. hancque armariis, pluteisque instruxit, ut in eis Orientales Codices ejus jussu comparati & alii ab Angelo Maria Cardinale Quirinio præfatæ Bibliothecæ dono dati, necnon numismata Manuscripta aliæque antiquitates ex Ægypto ab Assermannio Romam allatae decenter excipi ac reponi possent; insuper ad construendam in Cænobio Aræ Cæli Bibliothecam octo circiter aureorum millia contulit.

§. XIII.

Larga pecuniarum subsidia ad bellum Turcicum a Papa Cæsari suppeditata.

Interim Carolus Imperator, ut bellum contra Turcas motum magis prospero, quam anno priori, armorum successu prosequi posset, exauctorato Seckendorffio supremum exercitus imperium Comiti Königseckio demandavit, militumque, ac pecuniarum suppeditas undique a Principibus Catholicis conquisivit: Inter ceteros magis alacrem sese exhibuit Clemens Pontifex, qui præterquam, quod jamjam opes & auxilia, quantum potuit, in belli expensas contulisset, insuper die